



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

11. Aprilis. Ad vineam Domini suis laboribus excolendam iturus, humilitate  
suiq[ue] contemptu viam sibi ad ardua, atque excelsa disponat, tum enim  
relicuum ædificium tuto surget, si humilitatis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Nimium qui facit, nihil facit; nam laſſitudine fractus, nihil poterit. Moderan-  
dus est fervor, ne penitus extinguitur.  
Nimium olei, si lampadi affundatur, non  
promovetur lumen, sed extinguitur. Mo-  
derata durant.

## II. Aprilis.

*Ad vineam Domini suis laboribus excolen-  
dam iturus, humilitate, suiq; contemptu-  
viam sibi ad ardua, atque excelsa dispo-  
nat, tum enim reliquum adificium tuto  
surget, si humilitatis fundamento sit in-  
nixum. S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 2.*

**Q**ui aurum quærit, uti & qui margari-  
tas piscatur, se demittit, hic in maris,  
ille in terræ viscera; nec animas aliâs cer-  
tius quàm demissione invenies.

Nec Christus, animarum nostrarum  
Zelator maximus, aliâ eas viâ quæsivit,  
quàm sui abjectione. Quantùm ab hujus  
exemplo, tantùm ab animarum lucro re-  
cedit.

Posse Deo cooperari in salutem anima-  
rum, gratiarum est maxima: hanc arro-  
gans sui æstimator sperare non potest, nec  
enim dat, nisi humilibus gratiam,

Nulla vox ad persuadendum aptiori demissione , plus hæc adjumenti , quam integra bibliotheca dabit . Vide : quid lentis , quid annis , quid experientia buendum.

## 12. Aprilis.

*Non ideo pane Angelorum abstinentia quod molliores non experiamur sensu foret enim hoc perinde , ac qui vellent diâ perire , quod pane mellito careat . Ignat. vitæ l. 4.*

**S**icut in cibis corporalibus non semper illi magis conducunt valetudini palatum suavius afficiunt ; ita nec illa communio censenda est animæ utilior , quam sumpta majorem habet teneritudinem .

Panis solidus auget vires ; saccharum gustus prodest , non stomacho . Solida votio fide vivâ , spe firmâ , charitate affectâ absolvitur , teneris lachrymis , & miseri affectu carere tutò potest .

Illa devotionis teneritudo , corporaliter gustus , non spiritualis : illam qui appetit , sc . , non Deum quærit . Puerorum dulcia sunt . Cordis & animæ , gustus & palati , cibus est Euaharistia .